



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Capvt X. Innoc. III. Clero, Consulibus, & populo a Viterbiensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

tus exstirpentur: quod expressè definierunt Ecclesia PP. in c. *est Ecclesia, c. reseranda, 2. q. 3. c. ferrum, c. cum secundum, de heretic. in 6. probat cum D. Thoma 2. 2. q. 10. art. 12. Castro de iusta heretic. punit c. 12. & 14. Victoria in relect. de Indu. p. 1. n. 8. pluribus relatis Solorzani tom. 1. lib. 2. de iure Indiar. c. 19. n. 52. Nec obstat quod de Sadduceis expendebamus, nam eorum impietas non multò ante Christi adventum exorta fuit, & ita non est à Synagoga proscripta, eo quod senescente eorum, qui Conciliis præsidebant, auctoritate, ii remissius agerent, qui Cathedram Moysis obtinebant, præcipuè sub Idumæo Rege Herode, qui Politicorum more ad regni commoda religionem referebat, nec quid variorum dogmatum asertores inter se degladiarentur, morabatur. Itaque cum Sadduceorum error multos corripuisset, essentque hi opibus potentes, mirum non est, si synagogas à se excutere non potuerit. Nec obstat Parabolam Divi Matthæi; nam si argumentum ex ea deductum probaret, suaderet utiq; non hæreticos modò impunè dimittendos esse, sed etiam fures, & homicidas, & huiusmodi fontes, qui zizaniorum nomine censentur: quamvis enim hæretici pessimum genus zizaniorum sint, non tamen propterea fures, aut homicidæ zizania non sunt. Cum ergo Pater familias zizania exstirpari vetuit, satis indicavit, quo pacto*

hoc esset accipiendum: *Ne fortè* (inquit) *eradicetis simul & triticum.* Facturus colligendi potestatem si absque tritici detrimento, à quo fortè non ita facillè fecernerentur, evelli possent, nec periculum immineret, ne pro nocentibus plectantur innocii, quidni exstirpentur? Si verò periculum sit ne hæretici, quia potentiores, turbas excitent, aliquamve majorem perniciem Ecclesia, aut Reipublicæ moliantur, tunc sanè iudicium Dei patienter expectandum est. Non debent autem facile Principes alicujus incommodi metu, qui frequenter inanis esse potest, condescendere, ut libertatem (quam conscientia vocant) concedant. Nec obstat tandem, quod dicebamus, videlicet clericum tantum incorrigibilem præmissâ degradatione Curiaæ sæculari tradi, c. *novimus, de V. S.* Nam in præsentî casu, cum clericus impenitens est, & pertinax, nec vult Ecclesia reconciliari, incorrigibilis est, non quidem per delicti iterationem, sed per perseverantiam, & impenitentiam in eodem, ut in præsentî docuerunt Abbas num. 37. Henricus num. 8. Antonius, & cæteri antiquiores. Quare cum incorrigibilis propriè sit, merito præmissâ degradatione, ut in præsentî cavetur, & infra in cap. *excommunicamus, el. 1. s. damnati, cap. penultim. hoc tit. lib. 6.* iudici sæculari relaxatur.

CAPUT X.

Innoc. III. Clero, Consulibus, & populo à Viterbiensi.

Vergentis in senium sæculi corruptelam non solum sapiunt elementa corrupta, sed & dignissima creatura ad imaginem, & similitudinem condita Conditoris, prælata privilegio dignitatis volucris cœli, & bestiis universæ terræ, testatur: nec tantum eo quasi deficiente jam deficit, sed & inficit, & inficitur scabrâ rubigine vetustatis. Peccat enim ad extremum homo miserimus: & qui non potuit in sui, & mundi creatione in paradiso persistere, circa sui, & orbis dissolutionem degenerat, & pretii suæ redemptionis circa fines sæculorum oblitus, dum variis, ac variis quaestionum se nexibus ingerit, seipsum laqueis suæ fraudis innectit, & incidit in foveam, quam paravit. Ecce etenim inimico hominæ messi dominicæ superfeminante semen iniquum, segetes in zizania pullulant, vel potiùs polluantur: triticum arefcit, & evanescit in paleas: in flore tinea, & vulpes in fructu demoliri vineam domini moliantur. Nova siquidem sub novo Testamento Achan progenies ex spoliis Iericho lingulam auream, palliolumque furatur: & Abiron, Dathan, & Chore soboles detestanda novis thuribus fermentatum thimiama novis volunt altaribus adolere: dum nox nocti scientiam indicat: dum cœcus præbet cœco ducatum: dum hæreses pullulant, & quem divinæ reddit hæreditatis expertem, suæ constituit hæreticus hæresis, & damnationis hæredem. Hi sunt caupones, qui aquam vino commiscunt, & virus draconis in aureo calice Babylonis propinant: habentes secundum Apostolum speciem pietatis, virtutem autem ejus penitus abnegantes. Licet autem contra vulpes huiusmodi parvulas, species quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in id ipsum, diversa prædecessorum nostrorum temporibus emanaverint instituta, nondum tamen usque adeo pestis potuit mortificari mortifera, quin sicut cancer amplius serperet in occulto, & jam in aperto suæ virus iniquitatis effundat, dum palliatâ specie religionis, & multos decipit simplices, & quosdam seducit astutos, factus magister erroris, qui non fuerat discipulus veritatis. Ne autem nos, qui licet circa horam undecimam inter operarios, immò veriùs super operarios vineæ Domini sabaoth sumus à Patrefamilias Evangelico deputati, & quibus ex officio pastorali sunt oves Christi commissæ, nec capere vulpes demolientes vineam Domini, nec arcere iupos ab ovis videamur, & ob hoc meritò vocari possimus canes muti non valentes latrare, ac perdamur cum malis agricolis, & mercenario comparemur, tamè contra defensores, receptatores, fautores, & credentes hæreticorum aliquid severius duximus statuendum; ut qui per se ad viam rectitudinis revocari non possunt, in suis saltè defenso-

fenforibus, receptatoribus, & fautoribus, ac etiã credentibus confundantur & cum se viderint ab omnibus evitari, reconciliari desiderent omnium unitati. De communi ergo fratrum nostrorum consilio, assensu quoque Archiepiscoporum, & Episcoporum apud Sedem Apostolicam existentium districtius inhibemus, ne quis hæreticos receptare quomodolibet, vel defendere, aut ipsis favere, vel credere quoquo modo præsumat: præsentis decreto firmiter statuentes, ut si ^b quis aliquid horum facere fortè præsumperit, nisi primò, secundo ve commonitus à sua super hoc curaverit præsumptione cessare, ipso jure sit factus infamis: nec ad publica officia, vel consilia civitatum, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, nec ad hæreditatis ^c successionem accedat. Nullus præterea ipsi cogatur super quocumque negotio respondere. Quod si forsan iudex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec causã aliquã ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si Tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti, sed cum auctore ^d damnato damnentur: in similibus etiam idem præcipimus observari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur, ut in quo major est culpa, gravior exercentur ^e vindicta. Si quis autem tales postquam ab Ecclesia fuerint denotati, contempserit evitare, anathematis se noverit sententiam incurrisse. In terris verò temporali nostræ jurisdictioni subjectis, bona ^f eorum statuimus publicari, & in aliis idem fieri præcipimus per potestates, & Principes sæculares, quos ad exequendum, si fortè negligentes existerent, per censuram ecclesiasticam, appellacione postpositã compelli volumus, & mandamus: nec ad eos bona ipsorum ulterius revertantur, nisi eis ad cor redeuntibus, & abnegantibus hæreticorum consortium aliquis voluerit ^g misereri, ut temporalis saltem pœna corripiat, quem spiritualis non corrigit disciplina. Cùm enim secundum legitimas sanctiones, reis læsã Majestatis punitis capite, bona confiscantur ipsorum, eorum filius vitã solummodo ex misericordia ^h conservatã quantò magis qui aberrantes in fide, Deum, & Dei Filium Iesum Christum offendunt, à Capite nostro, quod est Christus, ecclesiastica debent districtione præcidi, & bonis temporalibus spoliari: cùm longius sit gravius æternam, quàm temporalem lædere Majestatem. Nec hujus severitatis censuram Orthodoxorum etiam exhereditatio filiorum, quasi cujusdam miserationis prætextu debet ullatenus impedire: cùm in multis casibus, & secundum ⁱ divinum iudicium filii pro patribus temporaliter puniantur, & juxta canonicas sanctiones quandoque feratur ultio non solum in auctores scele- rum, sed & in progeniem damnatorum. Datum Later. viii. Kal. April. Pontifica- tus nostri anno secundo.

NOTÆ.

i. ^a **V**iterbiensi.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc titulo. cap. 1. & in ipsis epistolis Innocentii Colonia editis, lib. 2. epist. 1. fol. 278. ex quo integram hujus textus restituo. Raynerio II. ipsius Ecclesiæ Præsuli in præsentis referibit Innoc. De Ecclesiã Viterbiensi nonnulla adduxi in cap. 3. de seq. poss.

b *Si quis autem.*) Verba quæ sequuntur, usque ad ea, *momenti censeantur*, transcripserunt Fredericus Imperator in authentica *Credentes*, c. hoc tit. PP. Concilii Later. in cap. *excommunicamus*, §. *credentes*, hoc tit. ubi ea exponemus.

c *Successionem.*) Legitimam, seu testamentariam, quarum incapaces sunt Hæretici postquam damnati fuere, l. 4. §. *præterea*, & §. 5. c. de heret. l. 1. c. de apost. l. 4. tit. 3. part. 6. l. 4. tit. 26. part. 7. l. 4. tit. 4. lib. 8. Ord. Si verò heredes instituuntur post commissum crimen, sed ante sententiam, hæreditas ad fiscum pertinet. Cantero *qq. crimin. cap. 1. de heret. num. 19.* Azevedo in l. 10. tit. 9. lib. 5. *Recop.* csi decesserint delatã illis hæreditate, sed nondum aditã. Molina *de justitia tom. 2. disput. 658. numer. 19.* Fachin. lib. 2. *consil. 16. numer. 5.* Crespy de Valdaura *observ. 97. numer. 43.* Giurb. *consil. 55. numer. 15.* Mar. Muta *decif. 49. num.*

D. D. Gonz. al. in *Decretal. Tom. V.*

27. *Acosta in §. & quid sit tantum, 2. part. numer. 177.* Masin. *de confisic. quest. 36. num. 28.* Arias à Mesa lib. 3. var. cap. 42. num. 12. & ita judicatum fuit in hoc supremo Inquisitionis Senatu hoc anno 1671.

d *Damnato damnetur.*) juxta textum & ejus communem interpretationem in cap. *fraternitatis*, hoc titulo.

e *Vindicta.*) Juxta traditam in cap. *cum quidam, de jurejur.*

f *Bona eorum.*) Tam in hac sexta, quàm in tertia collectione, legitur *hereticorum*, sed minus rectè, juxta verba præcedentia, in quibus Innocentius semper egit de fautoribus, & receptatoribus hæreticorum, & sequentia ibi: *Et abnegantibus hereticorum consortium.* Ex quibus expresse deducitur, in præsentis epistola tantum agi de compescendis fautoribus, defensoribus, & receptatoribus hæreticorum, illisque non respicientibus ab hujusmodi delicto, pœnam amissionis bonorum imponi; sed forsan quia hæc pœna confiscationis bonorum usu recepta non fuit, ideo licet ad litteram textum hunc transcripserint Patres Concilii Later. in dict. cap. *excommunicamus*, §. *credentes* Fredericus in dict. *authent. credentes*, omiserunt tamen pœnam hanc privationis bonorum: & in fautoribus, defensoribus, credentibus, & receptatoribus hæreticorum

R cam

eam locum non habere, constat ex cap. *accusatus*, §. si verò, hoc tit. in 6. in illis verbis: *Sub obligatione bonorū suorū. Et ibi: Heredes ad quos bona hujusmodi.* Et ita docuerunt Farinac. de heresi q. 182. §. 3. n. 52. Canteria in qq. crim. tit. de heretic. cap. 1. num. 55. Castropalao tom. 1. oper. moral. tract. 4. disp. 3. punct. 6. n. 4. Diana part. 4. tract. 6. resol. 22. Fernofinus alleg. 42. n. 20. qui allegatione sequenti explicat quando maleficis confiscatio bonorum imponi possit, nisi credentes non sint tantum hæreticorum, sed potius ipsius heresis, ita ut credant eorūdem errores, quia illi ut hæretici damnantur, cap. penult. hoc tit. in 6. Quo casu procedit textus in cap. si adversus, hoc tit. ibi: *Ipsorum bona debent confiscari.* Et ita praxi receptum est, ut fautoribus, receptoribus, & aliis suspectis tantum de heresi, bona non auferantur: quare & cum carceri mancipantur, ea distinctio in bonorum adnotatione servatur, ut hæretici formales cum sequestratione bonorum capiantur suspecti verò de heresi, ut fautores, & defensores, polygami, fortilegi, & similes, tantum cum bonorum adnotatione carceri mancipentur, vulgò *con embargo de bienes*. Sequestratio enim bonorum differt ab annotatione in eo, quod annotatio est quædam species sequestrationis minus propria, quia in eo manent bona apud ipsum Dominum, vel apud personam ab ipso designatam: sequestratio verò propria est cum deponuntur res apud aliam personam electam à iudice: quæ sequestratio tantum locum habet cum bonorum confiscatio imponenda est. Quam differentiam agnoverunt Carleval. de iudiciis lib. 1. tit. 3. disp. 2. quest. 3. num. 145. Cabedo decis. 86. part. 1. Guido Papæ decis. 340.

3. *Voluerit misereri.* Regulariter enim certum est, hæreticos, etsi conversi, & penitentes reconcilientur, non effugere confiscationem, nec recuperare bona, nisi forsan ex gratia speciali, ut probat Penna 3. p. Director. commentar. 142. Farinac. de heresi q. 190. n. 144. Carena 2. p. de offic. Inquisit. q. 15. Riccius lib. 5. de iure person. cap. 42. Diana p. 4. tract. 8. resol. 88. Sanchez lib. 2. summe, cap. 14. n. 12. Fernofinus alleg. 44. & 48. per totam. Ratio est, quia per penitentiam non eximitur reus à pœna criminis, nisi quatenus iure expressum est, *l. qui ea mente, ff. de furtis*: non autem reperitur in iure cautum, hæreticum per penitentiam effugere confiscationis pœnam: igitur per conversionem bona non recuperant, etsi contrarium tenuerint Monachus, Archid. & relati per Geminianum in d. cap. cum secundum, n. 5. Parisius lib. 4. consil. 2. Jul Clarus §. heresis, n. 8. Rolandus consil. 63. n. 34. Zanchinus de hereticis, cap. 25. Nec illis favet textus in cap. *accusatus*, §. si verò, *vers. porro*, hoc tit. in 6. quia rejecta littera, quam retinent Calderinus, Archidiaconus, & Geminianus ibi, dicendum est, in eo §. non agi de hæreticis, sed de fautoribus, & receptoribus eorundem, quibus privatio bonorum non est imposta, ut supra probavi. Nec etiam illis favet textus in *authent. idem est, c. hoc tit.* in illis verbis: *Si conversi fuerint, restituenda.* Tum quia textus ille procedit iuxta jus antiquum, quo bona ab hæreticis absolute non auferbantur, ut infra dicemus: tum quia continet gratiam specialem Imperatoris deferentis bona filiis hæretici conversi. Nec tandem illis favet D. August. relatus in cap. *quod autem* 23. q. 7. in illis verbis: *Utinam convertantur, & possideant, non tantum qua antea possidebant, sed etiam alia.* Nam sanctus Doctor accipiendus est sequutà superioris concessione, nam

ex Principis, seu Pontificis indulgentia possunt hæretici conversi recuperare bona sua: & communi praxi receptum est, ut sponte comparentes, hæreticumque, in quam inciderunt, abjurantes, bona retineant, ex speciali indulgentia Domini Inquisitoris Generalis, ut refert Fernofinus dicit. alleg. 48. per totam.

4. *Miser cordia conservata.* Verba sunt textus in *l. quisquis*, §. filii, c. ad leg. Jul. Majest. ibi: *Paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paternis, hoc est hereditariis criminis exempla metuntur.* Et licet hoc iniquè ab Imperatoribus sancitum putaverint Covar. lib. 1. var. cap. 8. num. 1. Joannes Stephanus Menochius lib. 2. cap. 12. Castro de justa heretic. puni. lib. 2. cap. 10. Vasquez in 1. p. disp. 135. cap. 3. tamen propter immanitatem sceleris lese Majestatis verissime Imperatores dixisse, se filiis humanitate suggerente vitam conservasse: cum alii eos ultimo supplicio affecissent, referunt Amianus Marcellinus lib. 2. 8. ibi: *Intercepti imperiali motu interire omnes ad unum, eorumque soboles, parva etiam, tum ne ad parentū exempla subresceret.* Curtius lib. 2. justinus lib. 21. Tertul. lib. 4. poenit.

Auctores scelerum (facinus ne cresceret ultra)
Extinxit, sobolemque patrum peccata sequentem. Cicero lib. 1. epist. 12. ubi de filiis Lepidi ait: *Nec verò me fugit, quam sit acerbum parentum scelerum filiorum poenis lui: sed hoc praeclare legibus comparatum est, ut charitas liberorum amiciores parentes Republicæ redderet.* Docuerunt Turturetus in paratellis, dissert. 31. Petrus Gregorius lib. 35. synag. cap. 1. num. 25. & 26. Gentilis lib. 1. de conjuratione, fol. 76. Felogam *l. quisquis*, dilucid. 2. n. 28. Sed cum certum sit, neminem posse poenâ corporali pro alterius delicto puniri, ut infra dicemus; verius credo in presenti Innocentium, & Imperatores in *l. quisquis*, ea verba adduxisse arguendo de minori ad majus quoad poenam confiscationis, non quia iure stricto possit filius pro peccato parentis ultimo supplicio, aut poenâ corporali affici.

5. *Divinum iudicium.* Nam plerumque in sacra pagina jubentur filii corripri, dum pater deliquit, ut constat ex cap. 7. 9. 18. & 19. Genes. cap. 5. & 19. Deuterom. Iosue cap. 6. & 7. lib. 1. Regum, cap. 22. & 28. lib. 2. cap. 2. & 12. lib. 3. cap. 21. Numeror. cap. 14. & 17. Ioannis cap. 7. Luca cap. 21. Matthæi cap. 24. quorum plures casus referuntur in cap. *Ecclesia*, cap. homini, §. econtra, 1. q. 4. cap. *Achab*, de poenit. dist. 3. aliaque exempla adducunt Gigas de crimine lese Majest. lib. 3. Pechius in cap. *non debet*, de R. I. lib. 6. Petrus Gregor. lib. 3. synag. cap. 4. num. 4. & lib. 35. cap. 1. à num. 23. D. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 1. ordin. §. ult. Gibalinus tom. 2. de negot. lib. 6. cap. 20. art. 5. Menochius de presump. lib. 5. presump. 35. Vasquez in prima secunda, disp. 135. cap. 1. Castro de justa heret. puni. lib. 2. cap. 11. Elfricus Hunnius ad Treutl. disp. 32. thes. 1. q. 21. Baronius anno 33. Majolus dier. amicul. fol. 837. Marquez in gubern. lib. 1. cap. 32. Mendoza lib. 2. Concil. illiber. cap. 22. Petrus Faber lib. 3. semestr. cap. 20. Basil Legion. q. 5. expositiva, cap. 2. Acunna in cap. satis, 56. dist. Sed quatenus hæc sacræ pagine auctoritates procedant, dicemus infra in solutione dubitandi rationis.

COMMENTARIUM.

6. **E**X hoc textu prout transcribitur in presenti à Conclavo Raymundo, præfens deducitur assertio: *Hæretici privantur bonis propriis, etsi filios Catholicos habeant.*

beant. Probant eam textus in cap. ad abolendam, hoc tit. cap. cum secundum leges, hoc. tit. in 6. cap. super quibusdam, de V. S. l. Manicheos, l. Arriani, Authent. Gazaros, C. hoc tit. l. 7. 8. & 9. C. Theodos. eod. tit. l. 1. C. de Apostat. l. final. C. Theodos. eod. tit. Novel. Valentin. de Manichæis, tit. 2. l. 4. l. 17. tit. 2. lib. 12. fori iudicium, l. 7. tit. 2. lib. 4. fori Castell. l. 7. tit. 2. l. 4. & 5. tit. 2. l. 1. & per totum tit. 26. part. 7. l. 3. tit. 4. lib. 8. Ordin. l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopil ubi regnicola repetentes. Illustrant ultra congestos à Barbofa in presenti, Gutierrez de delict. q. 33. & 34. Hermosilla in l. 1. glossa 2. tit. 4. p. 5. Amayam l. 4. n. 38. C. de iure fisci, Guazinus de confisecat. conclus. 13. Masinus eod. tract. q. 4. Sanchez lib. 2. sum. cap. 14. Fermosinus ad hunc textum, alleg. 1. cum sequent. Ricciulus de iure person. lib. 5. cap. 31. cum sequent. Robertus lib. 1. rer. iudic. cap. 12. Fragoso p. 1. de regim. Christ. Reip. lib. 1. disput. 2. §. 9. Acacius de privil. parent. privil. 3. cap. 6. Bronchorst. enantioph. cent. 2. assert. 72. Gentilis de conjurat. ad leg. quisquis, cap. 7. & 8. Fornerius lib. 3. rer. quotid. cap. 17. Mancinus de triplix iuris collat. lib. 1. cap. 7. Calatayud. in paraphrasi, cap. 5. Gibalinus de negot. tom. 2. lib. 6. cap. 1. Baldunus ad novel. 17. Antonius de Bellis de crimine læsæ majest. cap. 3. Altamiranus de filitis officia- rum cap. 7. Salettes de materiis tribunal. 8. Inquisit. lib. 6. cap. 4. cum sequent. Morla in empot. tit. de legibus, q. 9. Escobar de utroque foro art. 4. Martha de iurisdic. part. 2. cap. 35. Torreblanca de iure spi- rit. lib. 13. cap. 9. Murga tom. 2. disq. tract. 1. disquisit. 1. dub. 10. §. 19 & dub. 13. conclus. 3. Suarez de fide disp. 2. sect. 1. Arias à Mesa lib. 3. var. cap. 29. Be- canus in 1. 2. q. 4. Bordonus de sacro Tribun. cap. 12. num. 109. Thomas Delbene part. 1. de offic. In- quisit. dub. 106. Arnsticus de majest. capit. 6. numer. 8. & nos latè in juris allegatione circa hanc con- fiscationem edita.

8. Sed pro dubitandi ratione in presentem asser- tionem ita insurgo. Pœna ibi debet esse, ubi noxa est, l. respiciendum, ff. de pœnis, quia peccata suos tenent auctores, nec ulterius progreditur metus, quam reperitur delictum, l. si pœna 20. ff. de pœnis, l. sancimus, C. eod. Cassiodor. lib. 1. var. cap. 11. nam facinus auctores solos insequitur, l. tutorem, ff. de his quibus ut indign. l. 74. l. 117. de R. l. §. 1. instit. de noxal. textus in cap. 12. de R. l. in 6. cap. Romana §. in universitatem, de sent. excom. eod. lib. Nec immeritò, cum unusquisque delicti sui penam sufferat, l. si ex duobus 15. l. 1. §. plane, ff. de tutel. & rationibus distrabend. l. qui proprio 26. §. item contra, de procurat. l. si communis. 9. de noxali- bus, l. inter coheredes 45. §. quod ex factis, ff. famil. erisunda, l. res uxoris 24. C. de donat. inter, l. 2. C. ne uxor pro marito, cap. que vivit, in fine, de his que sunt à major. part. capit. l. 9. tit. 31. part. 7. l. 9. tit. 5. lib. 4. fori. Immo & circa filios expressè doc- cuit Consultus in l. crimen, ff. de pœnis, crimen, vel pœnam paternam, nullam maculam filio in- ligere. Refertur in cap. crimen. 1. quest. 4. Concil. Tolet. 4. can. 60. Consonant lex 2. §. in filijs, ff. de Decur. lex nihil, C. de questionibus. Faciunt Cice- ro de natura Deorum, ibi: Ferretne ulla civitas lato- rem hujusmodi legis, ut condemnarentur filius, aut nepos si pater, aut avus deliquisset. Quintil. decla- mat. 2. 79. Quid hæc aras committere potuit tanta ani- madversio dignum? lex abdications adversus fero- ciam juvenum constituta est. Hæc verò infirmitas adeo nocentis nomen non recipit, ut vix recipiat innocen- D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

tis, quis enim locus innocentie relinquatur, si alienum crimen maculat nescientem. Et declamat. 366. Non omnes lex punit, sed confisos, sed participes sceleris. Illis irascitur, qui cum patre peccant; nec enim inno- centes ulla lex punit. Et ab specie criminis læsæ Majestatis Dionysius Halicarn. pag. 250. agens de libris Cassij ait: Cum autem nonnulli ipsos etiam Cassij liberos interficere conarentur, hoc atrox, & per- niciosum exemplum Patribus est visum: itaque cum in Curiam convenissent, factum est Senatuscon- sultum, quo adolescentibus pœna est remissa, illis- que nec exilio multatis, nec ignominia affectis, nec alia calamitate accepta, tutissimè vivere concessum est: & ab eo tempore usque ad hanc nostram ætatem hic mos Romæ perpetuo servatus est, ut nulla parentum delicta liberi suo supplicio luant, sive illi sint tyranno- rum filii, sive patriciarum, sive etiam proditorum, quod apud illos est gravissimum. Et ita filium ex do- lo, vel delicto paterno non teneri, docetur in l. 8. §. final. ff. de in jus vocando, l. 9. ff. de Senatoribus, l. 34. §. ult. ff. de ritu nupt. l. 11. C. de questionibus, l. 33. §. ult. C. de officio so. l. 22. C. de pœnis, l. 24. C. de donat. inter, l. 3. §. 9. ff. de muner. & honor. l. 1. & per totum C. ne filius pro patre, l. spurii 6. de Decur. l. is cui 7. §. 3. ff. de accus. l. post 5. §. si pater, ff. de his que ut indign. l. 4. l. Divi 17. ff. de iure patron. l. lenones, C. de spectaculis, lib. 11. l. 3. ff. de merced. & releg. l. 2. §. 2. de Decur. l. 22. C. de pœnis, l. 2. §. 1. & l. 9. de Senator. l. 2. C. de libertis, l. 12. C. de cohorta- lib. l. 24. §. bis illud, C. de nuptiis, l. 7. C. de princip. agent. in reb. lib. 12. cap. nunquam 4. cum sequen- tibus, §. 6. dist. cap. 1. & per totam 1. q. 4. P. Faber lib. 3. semestr. cap. 8. Marquez in suo gubern. lib. 1. cap. 32. Amaya lib. 2. obs. cap. 7. num. 48. Igitur filii, præcipuè Orthodoxi, non debent ob here- sim parentum eorum successione privari. Auges- tur hæc dubitandi ratio ex eo, nam etiam casu, in quo bona parentum confiscantur, filiis serva- tur sua legitima portio, l. 1. & cum ratio, ff. de bo- nis damnat. l. eorum ff. ad leg. jul. Majest. ibi: Dona liberis damnatorum conservari, & tunc demum vin- dicari fisco, si nemo damnati liberorum existat. Tacitus lib. 4. annal. de liberis Caij rei Majestatis ait: Omnia bona paterna eis relicta, excepta quarta par- te, qua iudici ex lege deberetur. Et l. 1. C. Theodos. de bonis proscripi. ibi: Si verò filii, vel filie, vel nepotes ex defuncti filijs relicti erunt, dimidia parte fisco vindi- cata alia eis reservetur. De qua dimidia parte ac- cipiendam esse legem 38. de pœnis legem 40. de hered. instit. & legem 13. de iure fisci, Docuit D. N. Ant. de exilio lib. 2. cap. 22. n. 8. & ab specie patris in hæresim lapsidem cavetur in l. Manicheos. C. hoc tit. juxta litteram, quam restituit Cujac. lib. 12. obs. cap. 3. ex l. 40. C. Theodos. de hæreticis, ibi: Liberos quidem habentes Orthodoxos, in eos, & solos ab intestato transmittant. Et l. cognoscimus, Authent. Idem Nestorianis, C. eod. tit. Probant Merlinus de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 31. num. 1. Gutierrez de delictis, quest. 40. numer. 12. Masinus de confiscatione, quest. 28. num. 7. Igitur si filii extant, præcipuè Orthodoxi non debent bonis parentum privari, & ad perpetuam egestatem condemnari ob eo- rum hæresim.

Qua dubitandi ratione non obstante, vera est præsens assertio, pro cuius expositione sciendum De bono est, confiscationem, seu publicationem bonorum non habere locum, nisi in casibus à jure expressis; sicutio- quia cum importet privationem, per quam bona ne- privatorum ab eis auferuntur, & fisco adjudican- tur,

tur, non nisi ex juris auctoritate infligenda est, *authent. de non eligend secundo nubentibus*, §. cum igitur. Et ita ex nullo delicto, quantumvis atrociori, posse privationem bonorum irrogari, nisi auctoritate Principis, probant latè Alfaro de offic. fiscal. gloss. 20. Castillo de tertius, cap. 41, n. 150. Fermosinus alleg. 1. num. 3. illis tamen casibus reatè confiscationem fieri, contra Bodinum tenet Marquez in Gubernat lib. 2. cap. 17. §. 2. in addition. Suarez de fide disp. 22. sect. 1. varios casus, in quibus publicatio bonorum locum habet, referunt Guazinus, & Masius in suis tract. de confiscat bonorum, Ant. Matthæus de criminibus, ad tit. de inquisitione, Amaya ad tit. C. de penis fiscalibus: ex quibus de confiscatione bonorum, quæ sequitur ex delicto læsæ Majestatis humanæ, vel divinæ, tantum in presenti agendum est, & scire oportet, inter alias penas reis læsæ Majestatis impostas, quas congeserunt Gigas in tract. de crim. læsæ majest. Ant. Matthæus de criminibus ad tit. de leg. iul. Majest. Scipio Gentilis integr. tract. de conjur. Jacob. Gothofredus & Feloaga ad l. quisquis, C. ad legem iul. Majest. Savarus ad Sidonium lib. 1. epist. 7. Demsterus ad Rosinum lib. 7. cap. 5. Bulengerus de Imperator. cap. 10. D. Joannes Vela de delict. cap. de lege iul. Majest. Larrea alleg. 65. cum duabus sequent. Fornerius 3. rer. quotid. cap. 17. plures congesti à Pichardo de delictis, verbo Lex Julia majestatis, non levior em esse bonorum publicationem, ad quam spectant textus in l. final. ff. de legationibus, l. 1. C. de bonis damnat. l. questum. ff. qui & à quibus, l. 3. C. Theodos. de penis tyrannorum. l. 2. C. de bonis proscripi. l. Pannonius 86. ff. de acquir. heredit. l. cum finitius 76. §. final. ff. de legat. 2. l. 14. §. si libertus, ff. de bonis libert. l. 4. ff. de jure patron. l. 1. §. 3. ff. de suis & legit. heredit. l. cum hic status 32. §. 2. ff. de donat. inter. l. 3. ff. de interd. & releg. l. 19. §. transfuge, ff. de captivis. l. 15. & 31. §. final. ff. de donat. l. 7. ff. de donat. caus. à mort. Igitur reis læsæ Majestatis humanæ ex omni jure, divino, civili, & regio bona confiscantur, ut constat ex lib. 2. Regum cap. 16. & 19. l. Pannonius, §. rei perduellionis, ff. de acquir. heredit. l. eorum. ff. ad leg. iul. majest. l. quisquis, C. eod. titulo, l. si quis, C. de bonis proscripi. Novel. 17. Justin. cap. 12. & 134. cap. ult. Novel. Majorani, tit. 7. l. unie. tit. 2. lib. 1. fori. l. 2. tit. 2. part. 7. l. 2. tit. 19. lib. 8. ordin. l. 1. & 2. tit. 18. lib. 8. Recopil. P. Greg. lib. 3. §. syntag. cap. 1. Iul. Clarus lib. 5. sent. ubi Bejardus n. 25. Chopinus de dominio Regis lib. 1. tit. 8. Borrel. de præstantia Regis cap. 71. Clapmarus de mysteriis rerum arcan. lib. 4. cap. 15. Guazinus de confiscat. bonor. conclus. 13. n. 3. Gutierrez de delict. q. 33. & 34. Micres de majorat. p. 1. q. 1. Masius de confiscat. q. 3. num. 1. Antonius Matth. de criminibus ad tit. de penis, cap. 2. n. 1. Hæc tamen confiscatio non fit ipso jure, sed per sententiam, ut facitè probatur ex l. final. C. ad leg. iul. majestatis, & ex cap. cum secundum, hoc tit. in 6. ubi cum Pontifex adduxit varia iuris civilis exempla ad justificandam penam confiscationis ipso jure, quam contra hæreticos statuebat, omisit crimen læsæ Majestatis humanæ, quod primum sese offerbat tanquam magis simile, juxta præsentem textum, quia scilicet in eo confiscatio bonorum non contingit ipso jure; sed post sententiam condemnatoriam; quod etiam suadet ex l. questum 15. ff. qui & à quibus. l. ex judiciorum 20. ff. de accusat. l. 22. in princ. l. 45. §. in reatu, ff. de jure fisci, §. interdum, Justin. de hereditatibus quæ ab intestato. Peregrinus de jure fisci lib. 5. tit. 1. n. 171. Bof

fius in praxi, tit. de crimin. læsæ Majest. n. 93. Marinis decif. 92. & 126. Gigas de crim. læsæ Majest. q. 25. Bocerus eod. tract. q. 3. n. 21. Antonius Faber lib. 7. conject. cap. 20. etiam contrarium tenuerunt Decianus lib. 7. tract. crim. cap. 40. num. 6. Julius Clarus ubi supr. à n. 9. Colerus de procoff. executivis, part. 1. cap. 3. n. 84. etiam administratio bonorum illis ipso jure interdicitur sit, l. questum 15. ff. qui & à quibus, l. post contractum 15. ff. de donat. de quorum expositione videndi sunt Jul. Pacius cent. 6. quest. 64. Alberic. Gentil. lib. 1. lectionum, cap. 13. Olualdus ad Donel. lib. 2. cap. 9. littera A.

Deinde sciendum est, reis læsæ Majestatis divine, videlicet hæresis, bona confiscari, tam mobilia, quam immobilia, jura, & actiones, ex jurebus supra citatis pro illustratione conclusionis: quæ confiscatio procedit in illis bonis, quæ tempore criminis commissi reus habebat, & ad hæreses extraneos transmitti poterat. Ratio est, quia juri consonum est, ejus qui se delinquendo penis subjecit, l. Imperatores, ff. de jure fisci, bona in fiscum recidere per tacitum consensum, quæ per expressum in quem vellet, & ita in extraneos hæreses potuit transferre, l. 2. C. ad leg. iul. de vi public. l. 1. junctâ Glossa ibi: C. de bonis libert. Unde constat, bona aliena apud hæreticum reperta, eidemque non obligata, statim Domino esse restituenda, argumento legis in fraudem. §. 1. ff. de jure fisci, res solvit Simancas de Catholicis tit. 46. num. 8. Inde deducitur bona ea, quæ reus acquisivit post reconciliationem, & condemnationem, ad fiscum non pertinere, quia non sunt hæretici, sed Catholici, & statutum 2. hoc tit. in 6. cap. felicit. vers. Verum de penis, eod. lib. docet Fachin. lib. 9. contror. cap. 5. quia publicatio presentia tantum bona admittit, non etiam futura, l. si mandavero 22. ff. mandati, ibi: Quia publicatis bonis quæcumque postea acquiruntur, non sequitur fiscum. Docent Micres de majorat. 1. p. q. 1. à num. 351. Merlinus contror. cent. 2. cap. 20. & 21. Arias à Mesa lib. 3. var. cap. 11. num. 13. Olea de cess. jur. tit. 3. q. 10. num. 23. Fermosinus alleg. 30. per tot. adeo ut si pater decedat postquam filius reconciliatus est, ejus legitima portio ad fiscum non pertineat, ut resolvunt Carleval. de judicis tit. 3. disp. 20. n. 5. Farinac. de hæres. q. 24. Giurba ad conjur. Messan. cap. 4. glossa 5. n. 18. Merlinus de legit. lib. 3. tit. 1. q. 33. Malinus de confiscatione q. 28. n. 114. quare reus ipse poterit bona ipsa redimere, sive per se, sive per alium, l. cotem 11. §. eam rem, ff. de public. & relig. l. ejus qui 8. §. 1. ff. de testam. Nec tunc obstat textus in l. 2. C. de bonis proscripi. ubi Imperator Alex. docet, deportatum nec in ea bona, quæ postea questivit, hæredem habere posse. Pro cuius textus conciliatione cum dicta lege si mandavero, §. si cuius, varia adduxerunt Olualdus lib. 17. Donel. cap. 3. littera G. Pacius cent. 4. quest. 87. Amaya lib. 1. observ. cap. 11. n. 25. & in l. 1. C. de jure fisci, Faber in ration. ad textum in d. §. si cui, Cujac. in d. l. 2. & lib. 6. observ. cap. 23. ex quorum mente dicendum est, Paulum in d. §. si cui, agere de eo, cuius bona publicata sunt citra deportationem, qui cum capite minutus non sit, alia bona acquirere, & de his testamentum condere valet: at verò Imperator in d. l. 2. agit de deportato, cuius bona in consequentiam publicantur; nam cum ille capite minutatur, testamentum facere nequit, quia necessariò fiscum heredem habet. Aliter antinomiam illam componunt Olanus lib. 4. Paralip. cap. 13. numer. 34. D. Nicol. Ant. de exilio lib. 2. cap. 16. D. Joseph

De confiscatione ex causa hæresis.

10.
De bonis
sub confiscatione
delictis.

De majest.

10.
De bonis
sub condi-
tione
debitis.

9.
De con-
ditione
causæ
arbitri.

11.
De bonis
majora-
tis.

Ioseph de Ret es lib. 3. de interd. & releg. excursu s. num. 48. & asserunt verba illa, non sequitur fisco accipienda esse dum vivit deportatus, non verò eo mortuo, quia tunc fiscus ea bona occupat. Alia quaestio est circa bona, seu jura conditionalia, quæ reo læsæ Majestatis competunt, an ad fiscum pertineant; Quam latè examinant Ricciolus de jure person. lib. 5. cap. 32. num. 22. Fermosinus allegat. 31. & 32. Sed pro ejus solutione discrimen est constituendum inter bona debita hæreticis sub conditione in testamento, vel codicillis adjecta; & inter ea, quæ debentur sub conditione ratione contractus: nam primo casu, cum adhuc non cesserit dies, nec ad hæredes extraneos similia bona transmittantur, l. unic. §. si autem, C. de caduc. tollend. Faber lib. 15. conject. cap. 6. & 7. Vela tom. 1. dissert. 11. num. 5. Solorzanos de jure indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 11. à num. 46. ita ad fiscum non pertinent. Secundo verò casu cum obligatio provenit ex contractu, vel quasi, cum talis obligatio statim quaratur, ideoque ad hæredes extraneos transmittatur, l. si quis 57. ff. de V. O. l. necessario 8. ff. de periculo & commodo, l. quoties, C. de donat. nisi sit conditio potestativa, l. si decem petiero, ff. de V. O. Castillo tom. 3. contror. cap. 14. Olea de cess. jur. tit. 3. quest. 10. num. 8. talejus, et si conditionale, ad fiscum pertinet, l. inter 26. §. ult. ff. de pact. dotal. Simancas de catholic. cap. 9. num. 62. Gomez lib. 3. variar. cap. final. num. 2. Idem dicendum est de alimentis singulis annis hæretico præstandis, nam si ex contractu debeantur, ad fiscum pertinent, argumento legis si Stichum 16. in fine, l. Senatus 35. §. final. ff. de donat. caus. mort. Si verò ex ultima dispositione, quia pro primo anno pura, pro sequentibus verò conditionalia sunt, itaque futura, l. si in singulas ff. de annis legat. ad fiscum non pertinet. Iul. Clarus §. heresis, numer. 23. Tandem notandum est, quod ea bona, quæ deferuntur hæretico, etiam retento in carceribus, ante condemnationem, & reconciliationem, ad fiscum pertinent, ut generali consuetudine receptum esse docent Tellez Fernandez ad l. 3. Tauri, Simancas ubi supra, num. 17.

Deinde ut ad bona restitutioni subiecta, seu quæ ad hæredes extraneos non transeunt, perveniamus, sciendum est, hujusmodi bona alienari prohibita, & restitutioni subiecta, qualia sunt bona majoratus in Hispania, ad fiscum non pertinere, ob delictum possessoris, l. Imperator, ff. de fideicommiss. libert. l. jura ff. de jure patron. Molina lib. ult. de primog. cap. final. numer. 5. Tellez Fernandez in l. 27. Tauri, num. 18. Molina lib. 4. cap. ult. à princ. alter Molina de justitia disp. 656. Sanchez in præcept. Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 16. Gomez in l. 40. Tauri, num. 92. Mieres de majorat. 4. part. quest. 23. Gutierrez 2. pract. q. 66. Castillo tom. 6. contror. cap. 160. num. 8. Castro lib. 2. de just. hæretic. punir. cap. 2. Sarmento lib. 3. select. cap. 3. plures quos laudat, & sequuntur Gibalinus de negor. tom. 2. lib. 6. cap. 2. art. 12. Fermosinus allegat. 15. per totam. Faciunt textus in cap. Imperiale, §. illud, de prohibitione feudi per Fridericum, cap. si vassallus, si de feudo fuerit contror. ubi docetur, ob delictum vassalli non confiscari feuda illa, quæ tantum jure sanguinis, aut ordine gentituræ deferuntur, non verò ad hæredes extraneos transeunt. Nec obstat si dicas, propter hæresim ad fiscum pertinere omnia bona, quæ in dominio hæretici erant, ex præsentis textu, & cap. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V,

cum secundum, hoc tit. at bona majoratus, quantumvis restitutioni subiecta, sunt bona possessoris, quorum ipse dominium habet, l. non ideo minus, ff. de rei vindict. l. generaliter, §. sub conditione, ibi: pleno jure, ff. qui & à quibus: probat latè Molina de primog. lib. 1. quest. 25. num. 39. Nam respondeo fatendo possessorem majoratus cenferi Dominum dum vivit sed non simpliciter, & absolute, ut bona in quoscumque hæredes transferri possint, sed cum onere eadem relinquendi iis, qui ab institutione vocantur, prohibita omni alienatione, & propterea cessat confiscatio. Vnde responderi potest, argumentum procedere in confiscatione illius domini, quod durat penes ipsum possessorem, dum vivit, & ita fructus majoratus dum vivit possessor, ad fiscum spectant, juxta textum in l. Staius, §. Cornelio, ff. de jure fisci. Molina lib. 1. cap. 9. n. 24. & cap. 20. num. 9. & lib. 4. cap. final. n. 6. Chumacero select. disp. 10. Pichardus in l. Gallus, cap. 7. Nicolaus Antonius lib. 2. cap. 10. & 16. pro qua sententia expendi possunt lex facta 17. §. si quis rogatus 6. ad Trebel. lex cum pater 77. §. hereditatem 4. de legat. 2. lex si postulaverit 27. §. jubet lex ff. ad leg. Jul. de adult. & qui de commendis & earum fructibus agit, Solorzanos tom. 2. lib. 2. cap. 27. n. 22. non vero in confiscatione absolute, & in perpetuum possessoris præjudicium. Nec etiam obstat textus in l. 1. C. de bonis libert. ubi docetur, ob immanitatem criminis læsæ Majestatis confiscari etiam jura libertorum, quæ ad extraneos hæredes non transeunt, l. jura, ff. de jure patron. l. 1. §. si autem, C. de Latina libert. Nam respondetur in dict. l. 1. agi de juribus libertorum, quæ secundum juris communis regulas etiam ad hæredes extraneos transire possunt, l. 2. C. de in jus vocando. Alia pro ipsius textus conciliatione cum dicta lege jura, adduxerunt D. Nicolaus Antonius lib. 2. de exilio, cap. 16. D. Joseph de Retes in l. 3. ff. de interd. & releg. Feloaiga in l. quisquis, elucid. 2. num. 13. C. ad leg. Jul. Genoa in conciliat. legum. fol. 215. Manet ergo, bona feudalia, majoratus, & similia propter crimen læsæ majestatis, tam divinæ, quam humanæ, ad fiscum non pertinere; quod & latè probant Molina lib. 1. de primog. cap. 8. ubi addentes n. 6. pag. 532. Jacob. Wander. Graf. in l. non dubito, ff. de captivis, n. 45. quæ sententia limitatur, ubi majoratus instituitur ex facultate Regia, adjecta clausula consuetæ, videlicet, ut bona non deferantur in fiscum ob crimina possessoris, præterquam in criminibus læsæ Majestatis, hæresis, & sodomia; tunc enim si possessor aliquod istorum criminum perpetraverit, quoad vitam ejus bona fisco acquiruntur. Quod plures sublimitant, nisi adjecta sit clausula, quæ apponi solet in institutione majoratus, videlicet, quod si possessor proposuerit admittere aliquod crimen confiscatione dignum, statim, vel horâ præambulâ amittat bona, & ea ad sequentem possessorem transeant, nam tunc verè, nec per momentum temporis apud fiscum manent. Molina lib. 2. cap. 12. n. 56. & 57. ubi addentes: & lib. 4. cap. ultim. Valentia in lectur. ad titulum de legatis, tract. 2. cap. ult. n. 6. de cuius clausulæ effectu videndi sunt Tellez Fernandez in l. 17. Tauri, Peralta in l. 3. §. ult. num. 127. ff. de hered. instit. Fermosinus alleg. 15. per totam, Castropalao tom. 1. oper. moral. tract. 4. disp. 5. puncto 6. & 7. Sanchez lib. 2. summa, cap. 18. per totum. Tandem bona, seu jura personalia, personæ ipsi in hærentia, ut jus revocandi libertatè, seu donationem, aut dicendi testamenti



in officio sum, ob hæresim non publicari docuerunt plures relati à Fermosino *allegat. 32.* & quid in emphyteusi ecclesiastica, & jure patronatus observetur, disputant latè Lambertinus *de jure patron. lib. 3. quest. 8.* Simancas *de Catholic. tit. 9. num. 95.* Azor *tom. 1. instit. lib. 8. cap. 12. quest. 9.* Suarez *de fide disput. 22. sect. 5. num. 6.* Vasquez *1. 2. disput. 169. num. 19.* Marinis *tom. 1. decis. 123.* Farinac. *de hæresi quest. 190. num. 24.* Castropalao *dict. disp. 5. punct. 1.* Sanchez *dict. lib. 2. cap. 19.* Gubalinus *tom. 2. de negot. lib. 6. articulo 1. c. 2.* Et jus patronatus ecclesiasticum illos amittere, constat *ex cap. in quibusdam 12. §. sacri, juncto cap. ad aures. 10. de penis, Clement. 1. cod. tit. jure verò patronatus libertorum credo eos non privari, quia jure civili, & Principum constitutionibus, in crimine læsæ Majestatis illis conservabatur, l. 4. ff. de jure patron. l. eorum 9. ff. ad leg. tul. Majest. etli iuri-cto jure illud amitterent, l. 3. ff. de interd. & releg. quo modo textus illos componunt Cujac. 6. ob serv. 23. Faber in l. 97. de R. I. Larrea *decis. 34. num. 62.**

12.
An confi-
scatio fi-
at ipso
jure.

Deinde sciendum est, an hæc publicatio bonorum contingat ipso jure, ita ut à tempore patratu criminis, id est lapsus in hæresim, amittat reus verum dominium rerum suarum, an vero à tempore sententiæ condemnatoriæ bona ipsa confiscentur. Et reos ipso jure privari dominio, probarunt Ant. Gomez *lib. 3. variar. cap. 2. n. 1.* Azor *1. part. instit. lib. 5. cap. 7. quest. 7.* Farinac. & alii plures, quos recenset Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 22. num. 2.* Contrarium tamen, videlicet dominium adhuc in delinquente residere, probarunt Victoria *in relect. de Indis insularis, num. 14.* Vasquez *in 1. 2. disput. 170. cap. 3.* Molina *de just. tract. 1. disput. 95.* Henriquez *lib. 13. summa cap. 56. num. 2.* Peregrinus *de jure fisci lib. 5. tit. 1. num. 171.* Fachineus *lib. 1. controvers. cap. 35.* Sanchez *d. lib. 2. summa, cap. 22.* Faber *lib. 7. conject. cap. 20. num. 2.* Sotus *lib. 1. de just. q. 6. artic. 6.* Vasquez *in 1. 2. q. 36. art. 4.* Carleu. *de jud. lib. 1. tit. 2. dis. 1. num. 16.* Thom. Delbene *de offic. Inquisit. 1. p. dub. 34. sect. 2.* Sed pro hujus difficultatis solutione supponendum est, verba hæc, *ipso jure*, variè accipi in utroque jure, ut probant Verrucius, & Brissonius *verbo Ipso jure*, Tiraquel. *in l. si unquam, verbo Reverzatur, num. 408.* Amayn *l. 1. C. de jure fisci, ex num. 57.* Pereyra *de manu regia, 2. p. cap. 64. num. 2.* Alfaro *de offic. fisci, glossa 20. num. 310.* Guacinus *de confiscatione conclus. 14. 15. & 18.* Prado *tom. 1. Theol. Mor. cap. 3. de legibus, q. 11.* Castillo *lib. 5. controv. cap. 137. & de alimentis cap. 57.* I. Paulus Melius *in additione ad ipsum Cujac. lib. 1. obs. cap. 27.* Frequenter tamen apud Consultos, & frequentius in jure canonico, ipso jure fieri dicitur id, quod à lege ipsa absque ullius hominis opera, vel auxilio introducitur, ut *in l. dotem 61. ff. de ritu nuptiar. l. quod dicitur, ff. de impensis in rebus dotalibus, Clement. 1. §. præterquam, hoc tit. cap. quam, in fine, de usuru in 6.* & alibi passim: juxta quem sensum licet aliàs inter se non opponantur, ipso jure, & jure pratorio, l. 1. ff. quibus modis ususfructus, princip. *Instit. de perpet. & tempor. ipso jure*, & per exceptionem, l. 4. ff. de servitutibus, §. in bona, *Instit. de actionibus*; in casibus tamen ubi de pœna criminis, vel nullitate actus agitur, opponuntur ipso jure, & per sententiam judicis; ita quod pœna dicatur incurra ipso jure, ubi lex ipsa sta-

tim admisso crimine sententiam per se fert, & per se pœnam præscribit, ita quod sententiam judicis imponentis non exigat. Dicitur autem pœnam ipso jure incurri, non tantum ubi verba hæc reperiantur, vel alia familia, scilicet *ipso facto*, ut *in Clement. attendentes*, ubi Glossa ultima, *de statu monach. cap. 2.* ubi glossa *verbo si quis, ne cleric. vel monach. lib. 6.* & eo ipso, ut *in cap. quam sit*, ubi Glossa, *de elect. hoc libro*, cum aliis congestis à Tiraquel. *ubi supra, num. 142.* sed etiam nisi aliud constet, ubi in præteritum, vel præsens textus verba concipiuntur, ut si dicatur, *sit privatus sine confiscata, amittat sciant se incurrisse, vel amissitaliter si in futurum tempus, ad judicem, vel factum hominis referantur, veluti si lex dicat, incurrat, iudex privabit, revocabit, vel quid simile; nam tunc pœna imponenda est per judicis sententiam, non verò ipso jure incurritur, ut variis exemplis explicant Tiraquel. *ubi proximè, Castro d. cap. 6. num. 6.* quibus suppositis licet attentà præsentis Innocentii constitutione hæc confiscatio bonorum fieret per sententiam judicis, tamen ex textu *in cap. cum secundum, hoc titulo in 6. ibi: ipso jure decernimus*, & juxta hæc novam constitutionem bona heretici in dominio fisci sunt, non verò in dominio rei. Quod etiam probatur ex lege *commissa, ff. de publicanis*, nam alias ante sententiam defuncto reo bona ipsa ad hæredes tranfirent, nec egerent præscriptione ad ea acquirenda, juxta textum *in l. cum heres, ff. de acquir. possess. l. sequitur 4. §. lana, ff. de usu cap. sed indigent præscriptione, cap. 2. de prescrip. lib. 6.* Igitur quia aliena sunt, videlicet fisci, ut docuerunt repetentes *in d. cap. cum secundum*. Covarr. *de sponsal. 2. p. cap. 9. Iul. Clarus §. hæresis, num. 13.* Fit ergo publicatio hæc à die sententiæ, sed retrotrahitur ad diem commissi delicti, ita ut ab hoc die reus in fraudem Fisci nihil alienare possit, *l. post 15. l. 31. ff. de donat. l. questum, ff. qui & à quibus acquirere autem potest dum non est reus declaratus. Inmola in cap. 2. de test. num. 44.* Molina *de just. tom. 1. disput. 154. & tom. 3. disput. 658.* Tell. Fernand. *in l. 4. Tauri, num. 34.* Muta *decis. 49. num. 21.* Fragofo *de regim. Christ. Rep. lib. 3. disp. 5. num. 25.* Nec obstant fundamenta, quibus moti contrariam sententiam tenuerunt supra citati, & Bartolus *in l. Imperator, ff. de jure fisci, G'igas de crim. læsæ Majest. tit. de penis, q. 25.* Sotus *lib. 1. de justitia, q. 6. art. 6.* Non primum, scilicet quod traditione dominium transfertur, *l. traditionibus, C. de pactis*. nam regula illa non procedit ubi per legem confiscatio inducitur, ut in dicto capite *cum secundum, d. l. commissa*, quia tunc dominium transfertur in fiscum ministerio legis, absque ullo hominis facto: textus elegans apud Ulpian. *in fragmentis, tit. 19. de dominis, in principio*, & §. *lege*. Nec obstat secundum deductum ex dicta lege *questum 15. ff. qui & à quibus*; nam textus ille, & similes, loquuntur de crimine læsæ majestatis humanæ, in quo confiscatio ipso jure non contingit, ut supra probavi, & docet D. Ioseph. *de Retes de donat. cap. 8. num. 21. & de donat. inter, cap. 8. num. 8.* Verum etli dominium bonorum heretici à die perpetrati criminis ad fiscum spectet, unde in sententiis, quibus heretici ipsi declarantur, adjicitur tempus ex quo rei effecti sunt, ut ad illud tempus confiscatio bonorum referatur, non verò incipiat à tempore sententiæ declar-*

declaratoria; tamen possessio ipsorum bonorum manet penes eum quousque sententia feratur. Unde non tenetur hæreticus etiam publicus bona sua offerre fisco, nec etiam fisco potest ea occupare ante sententiam declaratoriam per Inquisitores prolatam, ut expresse cavetur in dict. cap. eum secundum. Fiscus enim nequit occupare bona alienius, quando ea jure possidet, cap. in litteris, de restit. spol. docuerunt Covarr. d. cap. 6. §. 8. num. 10. Gomez lib. 3. var. cap. ult. num. 3. Sanchez lib. 2. summe, cap. 22. num. 7. Suarez de fide disput. 22. sect. 3. Castropalao tom. 1. tract. 4. disput. 5. punct. 18. num. 2. Alfonso à Castro lib. 2. de lege pœnal. cap. 10. & 11. Vasquez in l. 2. disput. 170. cap. 3. Gibalinus tom. 2. de negot. lib. 6. cap. 2. art. 3. qui ex his principis latè exponunt vulgarem quæstionem de nullitate alienationis à reo factæ post crimen admittum antefententiam declaratoriam.

13. *Traditur ratio de cident.* His suppositis, ratio præsentis assertionis, quare videlicet hæretici bonis priventur, provenit ex eo, quia hæresis plerumquæ à divitiarum cupiditate procedit, juxta illud Pauli 1. ad Timoth. cap. 6. Radix omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes, erraverunt à fide. Illustrat Castro lib. 2. de justa hæretic. punit. cap. 5. Tum etiam quia quo hæretici sunt ceteris hominibus peiores, eo magis divitiæ sunt eisdem auferendæ, ne cum illis noceant, ut ex Aristot. lib. 2. moral. & aliis probat Simancas de Cathol. tit. 9. num. 1. Tandem, ut pro immanitate sceleris justè puniantur, ut ita vita sit illis supplicium, & mors solatium, ut ajunt Imperatores in d. l. quisquis, Claudianus in Rufinum lib. 1. ibi: *Concessaque vita dolori; Gregorius in cap. quorundam, 74. dist. ibi: Ut vitam sibi pœnam existimet. Valerius Max. lib. 2. cap. 2. de l. Calphurnio, ibi: Amarum lucis usum experientur, mortemque, quam essentimata timuerant, viriliter optarent. Cæsar apud Salustium in conjurat. Catilina, ibi: De pena possum equidem dicere id quod res habet in luctu, atque miseris, mortem arummarum requiem, non cruciatum esse; ut ita etiam ipsi sine hærede decedant, quod non levem ignominiam continet. l. & quia 6. ff. de interrogat. actum. §. 1. Instit. quibus ex causis manumitt. & filios habent, magis inde terreantur, dum vident eos ad egestatem perducì, ut latè illustrat Feloaga in d. l. quisquis, §. filii: atque ut ita cum bonis ipsis in vitia paterna non succedant, juxta illud Salviani lib. 1. ad Eccles. Cathol. ibi: Quod penè omnes parentibus suis filii non magis in patrimonia, quam in vitia succedunt, nec magis facultates paternas sumunt, quam pravitates, ac si transeuntes semper in mores patrum, ante eorum incipiunt nequitiam, quam substantiam possidere. Rectè ergo inter alias pœnas, quibus ex utroque jure afficiuntur hæretici, statuta est privatio bonorum, ut ita ipsi pro ut sunt degeneres, & carnales, divitiis affluentibus, magis terreantur per illarum privationem, quam aliis pœnis, argumento legis bona fides, §. nam male ff. de positi. Cui tamen bona ipsa sint applicanda, exponemus infra in cap. excommunicamus, §. damnati.*

14. *Diffiditur dubitandi ratio.* Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta, pro cuius expositione dicendum est, quod quamvis nemo absque causa, & culpa puniri possit, tamen absque culpa cum causa puniri valet, cap. quoniam, §. scire, ut lite non contestata, cap. reno-

vantes, & ibi Glossa, verbo priusquam, 22. distinct. cap. antiqua. de privil. unde in cap. 21. Exodi, jubetur pecus occidi, etsi ratione carens, ob causam quam reddidit D. August. in cap. mulier 15. q. 1. quam illustrant Feloaga in d. l. quisquis, dilucidatione 2. num. 21. D. Martinus de Larreategui lib. 8. select. cap. 9. num. 3. Narbona de atate ad actus humanos, anno 10. & dimidio, q. 10. Petrus Gregor. lib. 4. partit. tit. 14. cap. final. Fornerius lib. 1. select. cap. 10. Alberic Gentil. in lectionibus Virgil. cap. 12. Solorzanus de parricid. lib. 1. cap. 2. Villar. respons. 4. Deinde sciendum est, neminem puniri posse pro alio pœnâ æternâ, aut spirituali (intelligo spiritualem non quamcunque ecclesiasticam, aut canonicam, ut sunt interdictum, irregularitas; sed amissionem gratiæ Dei, aut eorum, quæ ad animæ salutem necessaria sunt:) de qua accipiendum est illud Ezechielis cap. 18. ibi: *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* Loquitur enim de mortè æterna, non autem de temporali. Deinde notandum est, novum non esse, ut aliquando Deus Opt. Max. ob alterius delictum Innocentes puniat temporali, & corporali pœna, veluti filios propter delictum parentum, vel econtrâ, ex causis judicio humano latentibus, ut docent D. August. q. 8. in 10. s. 2. D. Thomas 2. 2. q. 108. art. 4. quo modo procedunt auctoritates sacræ paginæ suprâ congestæ, quas ita exponunt Covarr. lib. 2. var. cap. 8. Feloaga in d. l. quisquis, Gibalinus de negot. lib. 6. cap. 2. art. 5. per totum. Marq. in Gubernat. lib. 1. cap. 31. Robertus lib. 2. rer. judic. cap. 9. Solorzanus lib. 2. polit. cap. 16. pag. 152. Tapia tom. 1. Carent. moral. lib. 3. q. 16. art. 10. Sed legislator civilis in hac parte judicium divinum imitari non potest, ita ut pro culpâ alienis Innocentes puniat; tunc enim licebit hominibus divina judicicia imitari, quando ea ex manifestis causis procedunt: at verò ubi ex occultis, & latentibus nobis judicium instruitur, secus est, cum homines ignorent prorsus, quid expediat, atque ita nullo pacto licebit judicium etiam supremo quempiam pro crimine alieno occidere, sustibus cedere, excommunicare, vel corporali pœnâ afficere: juxta quam doctrinam accipiendi sunt textus in cap. 24. Deuteronom. ibi: *Non occidentur patres pro filiis.* Et cap. 22. Exodi, ibi: *Insonsem, & justum non occides.* Et similes suprâ citati pro dubitandi ratione. Pœna verò temporali, ut est infamia, amissio bonorum, aut similis, filii pro peccatis parentum puniri valent, cap. Iudæi 1. q. 4. cap. 1. & per totam 56. dist. cap. 1. 70. dist. cap. mirror 17 q. 4. Concil. Tolet. 16. cap. 11. latè probant Acacius de privil. parent. privil. 3. cap. 6. Gibalinus d. cap. 2. art. 6. per totum, Vasquez 1. p. in 1. 2. q. 135. quia licet in eis non detur culpa, adest tamen causa, & multiplex, ut probant Gothofr. in l. 26. de pœnis, Feloaga in d. cap. quisquis, & notavi in cap. 1. de filiis Presbyter. Undè cum in præsentem agatur de pœna temporali, videlicet privatione bonorum, ideo Innocentius statuit, ut hæretici bonis omnibus priventur; etiam si filios orthodoxos habeant, qui per consequens successione parentum privantur, latè probat Thomas Delbene p. 1. de offic. inquisit. dubit. 173. cum quoad bona plerumque delictum patris noceat filio, l. 3. §. si emancipatus, de bonor. possess. contra tabul. l. 6. 15. & 17. ff. de jure patron. l. 11. C. de bonis libertorum. Nec obstat ultimum argumentum ipsius dubitandi rationis, deductum ex d. l. Manichæos, cum simili-

libus: pro cuius expositione diversa tempora distinguenda sunt. Primum nascentis Ecclesiae, quo Ecclesia, quae velut novum germen radices firmas non egerat, Principum auxilio destituta haereticos severe punire non poterat, ut docuit D. August. in cap. displicet, vers. Repetis, 23. q. 4. & tradit Castro lib. 2. de justa haeretic. punit. cap. 4. Secundum tempus cepit ab Imperatoribus Arcadio, & Theodosio, qui circa annum Domini 390. inter alias haereticorum poenas statuerunt confiscationem bonorum, non absolute, sed in defectum filiorum Catholicorum, quibus stantibus deferebatur successio, ut sic allicerentur ad parentum correctionem, & denunciationem: quod & sequentes Imperatores firmarunt. Ad quod tempus referendi sunt textus in d. l. Manicheos, l. cognovimus, Authent. idem, C. hoc tit. cap. quo iure, 8. dist. d. cap. Iudaei 1. q. 4. cap. 1. 23. q. 7. Succesit tertium tempus

nostri Innocentii, qui in praesenti textu absolute constituit bona haereticorum esse confiscanda per sententiam quantumvis filios habeant catholicos: quod & firmavit Bonifacius VIII. in d. cap. cum secundum, adjiciens ut haec confiscatio fiat ipso iure. Quam temporum distinctionem notarunt Glossa penultima, & Villalobos in erario, littera C. num. 15. Tellus Fernandez ad l. 4. Tauri, num. 34. qui recte animadvertunt, textus supra citatos, nec non leges partitae ab eis adductas hodie locum non habere, cum attentis novis constitutionibus Innocentii in praesenti, & Bonifacii in d. cap. cum secundum, haereticorum bona confiscentur, quantumvis ipsi filios orthodoxos habeant: ad filios tamen ante delictum genitos non protrahi praesentem textum, docuerunt plures, quos refert & sequitur Marinus tom. 2. resol. cap. 55.

CAPVT XI.

Idem Illustri Regi a Aragonia.

SI adversus nos terra confurgerit. *Et infra:* Licet autem a nobis, & praedec. nostris contra haereticos multa sint constituta, nec habeatis excusationem aliquam in peccatis, quasi antiquorum obliti fueritis mandatorum, & quia plus timeri solet, quod specialiter injungitur, quam quod generaliter imperatur: advocatis, & d. scriniariis firmiter inhibemus, ne praefatis haereticis dum fuerint in sua contumacia, & errore paternis, vel credentibus, fautoribus, & defensoribus eorundem ullo tempore in aliquo praestetis auxilium, consilium, vel favorem, nec eis in aliquibus causis, vel factis, vel aliquibus litigantibus sub eorum examine vestrum patrocini-um praebeatis, & pro ipsis publica instrumenta condere, vel aliqua scripta facere nullatenus attentetis. Quod si contra praesumpseritis, ab officio vestro suspensos, perpetuo vos decernimus infamiae subiacere. Caterum ne iudices, & scriniarii, qui consenserunt praefatis haereticis, in huiusmodi praesumptione temeraria sociati, de sua nequitia glorientur, cum privilegium mereatur amittere, qui permessa sibi abutitur potestate, eos ab officio suo judicamus esse suspensos, decernentes irritum, & inane quicquid per ipsos haereticos praedictos factum fuerit, vel statutum.

NOTAE.

1. **A**ragonis.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 2. non autem reperitur textus hic inter epistolas ipsius Pontificis editas a Sirleto, & Bosqueto. De hoc Rege Aragoniae egi in cap. quanto 18. de iurejurando.
- b Nobis.) Supra in cap. vergentis.
- c Nostris.) Supra in cap. 6. 7. & 8.
- d Scriniarius.) Id est tabellionibus, ut notavi in cap. 13. de praescript.
2. **P**atrocini-um.) Advocati prohibentur patrocini-um praestare haereticis notoriis, & manifestis, non solum ipsorum errores defendendo, 6. 2. §. haereticus, cap. ut officium, in princip. cap. final. hoc tit. in 6. verum & eis, postquam constat haereticos esse, in causis civilibus patrocini-um praestare, quia vi-

dentur eos fovere: non autem prohibentur haereticos defendere, dum illi suspecti sunt de heresi, & intendunt probare propriam innocentiam, ac se nunquam fecisse, aut dixisse aliquod haereticum: quo casu agitur de defensione legitima, quae nemini denegatur, in Tribunalibus etiam sanctae Inquisitionis. Unde reis advocati conceduntur, cum ipsi aut crimen negant, aut fatentur, sed aliquas exceptiones allegare intendunt. Impenitenti vero etiam advocatus assignatur, qui postquam cognoscit ejus pertinaciam, eum deserit. De his advocatis, & eorum partibus late agunt Simanc. de Catholicis tit. 5. num. 2. Soula in aphorism. Inquisit. cap. 35. Eymericus 3. p. direct. num. 117. Salles tom. 1. de mysteriis tribun. lib. 1. cap. 6. regul. 42. Paramus lib. 3. de orig. s. Inquisit. cap. 4. Carena de offic. Inquisit. p. 1. tit. 10. §. 2. Thomas Delbene p. 1. de offic. Inquisit. dubit. 26.